



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Theologia|| Ivridica,|| Sev Ivs Civile Theologicvm,||

Fickler, Johann Baptist

Dilingæ, 1575

VD16 F 976

De peccato.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63414)

egerit Occidentalis Ecclesia, que materna quada
 pietate cuiusque etati, valetudini, conditione et
 cunque tandem necessitati diligenter providere
 ravit, atque id quidem non tam priscis illis seculis
 bus maiorem in hominibus duritiam et asperitatem
 fuisse constat, verum trecentis his annis, quibus
 uangelici nimis duris legibus homines astricti
 conqueruntur. Quod igitur tot seculis, tanto
 lium omnium consensu, quam longe lateque
 stianus orbis diffusus est, predicatum, receptum
 tanta cura diligentiaque semper ab omnibus
 obseruatum videmus, id ad terminus aut altera
 rones capitis nutum reuicendum esse nemo
 stimat. Deo enim et Ecclesie Catholice per
 sequendum quam hereticis, qui vanissimo
 ly pretextu animis hominum persuadere
 non quod intrat in os, inquinare hominem
 creaturam Dei bonam esse, et nihil reuicendum
 nia munda mundis esse, et si que sunt
 rum autem genuinum sensum apud Catholice
 terpretetes lector studiosus et pius verberis lege

DE PECCATO, PR
 MO QUIDEM DE PECCATO
 LVXVRIÆ ET BLAS
 PHEMIÆ.

IMP. IVSTINIANI. AVG. AD CONSTAN
 tinopolitanos Auth, Ut non luxurientur homines
 naturam: nec iurent per capillos Dei, aut aliquid
 modi: neq; blasphemetur in Deum. coll. 6.

Omnibus

Omibus hominibus, qui rectè sapiūt, manifestum esse putamus, quia omne nobis est studium & oratio, vt crediti nobis à Domino Deo benè uiuant, & eius inueniant placationem: quoniam & Dei misericordia nō perditionem sed conuersionem & salutem vult, & delinquentes qui corriguntur, suscipit Deus. Propter quod nos omnes inuitamus Dei timorem in sensibus accipere, & inuocare eius placationem. Et nouimus, quia omnes qui Dominum diligunt, & misericordiam eius sustinent, hoc faciunt. Igitur quoniam quidam diabolica instigatione comprahensi & grauissimis luxuriis semetipsos inserunt, & ipsi natura cōtraria agunt: istis iniungimus in sensibus accipere Dei timorem, & futurum iudicium, & abstinere ab huiusmodi diabolicis & illicitis luxuriis, vt non propter huiusmodi actus ab ira Dei iusta inueniantur, & ciuitates cum habitatoribus earum pereant. Docemur enim à diuinis scripturis, quia ex huiusmodi impiis actibus & ciuitates cum hominibus p̄nter perierunt. Et quoniam quidam ad hæc, quæ diximus, & blasphema verba, & Sacramenta de Deo iurant, Deum ad iracundiam prouocantes: istis iniungimus abstinere ab huiusmodi & aliis blasphemis verbis, & non iurare per capillas & caput & his proxima verba. Si enim contra homines facta blasphemia, impunita non relinquuntur: multo magis qui ipsum Deum blasphemant, digni sunt supplicia

Mm 3

Dehortatio
ab enormi
peccato præ-
postera lu-
xuria.

Gen. cap. 19.

Blasphemia
fugienda.

Sic etiam in c.
& si Christus.
post prin. cū
glo. sup. ver.
creaturā. ext.
de iureiur. p̄-
hibetur iura-
re per creatu-
ram.

Luxuriam, & blasphemiam, quam graues poenae sequantur.

Idem in c. vt clericorum. cum glo. ext. de heret. & in Auth. Gazaros. C. de haeretic. & Manich.

plia sustinere. Propterea igitur omnibus huiusmodi delictis abstinere, & Dei timorem in corde accipere, & sequi eos qui bene viuunt. Propter haec enim delicta, & fames & terramotus, & silentia fiunt, & propterea admonemus abstinere ab huiusmodi praedictis illicitis, ut suas perdant animas. Sin autem & post huiusmodi nostram admonitionem inueniantur aliqui in talibus permanentes delictis: praeter quidem indignos semetipsos faciunt. De misericordia: post haec autem & legibus constitutis subiiciuntur tormentis. Praecipimus ergo gloriosissimo Praefecto regia ciuitatis permanentes in praedictis illicitis & impijs actibus, post hanc admonitionem nostram comprehendere & vltimis subdere supplicijs, ut ex contemptu talium inueniatur & eorum respublica per hos impios actus laedi. Si autem & post hanc nostram suasionem quidam inuenientes, hos subter celauerint: similiter Domino Deo condemnabuntur. Ipse enim gloriosissimus Praefectus, si inuenierit quod tale aliquid delinquentes, & vindictam non intulerit, secundum nostras leges, praeter quidem obligatus erit Dei iudicio, post haec autem & nostram indignationem sustinebit.

IUSTINIAN. IMP. ALIUD EDICTUM ad Constantinopolitanos, a quibus de his qui luctantur contra naturam. Coll. 1. o.

Vm semper omnes benignitate ac bonitate Dei indigeamus: tūm verò maximè hoc tempore, cūm propter peccatorum nostrorum multitudinem variis ipsūm modis ad iracundiam prouocauimus. Et quanquam iniuratus est, & clarè ostendit quibus secundū peccata nostra digni essemus, tamē clementer nobiscum egit, iramq; suam in aliud tempus reiecit, nostram expectans pœnitentiam, vt qui nolit mortem nostrā peccatorum, sed cōuersionem & vitam. Quapropter iustū non fuerit, vt omnes nos opulentiam bonitatis ac tolerantia, & longanimitatis benigni Dei contemnamus, ne ob induratum & pœnitentiam refugiens cor nostrū, iram nobis in die iræ accumulēmus. Sed cūm omnes improbis studiis et actionibus abstinēamus, tūm verò maximè qui abominabili illa et meritò Deo exosa atq; impia actione cōpetruerunt. Loquimur autē de stupro masculorum, quod nonnulli mares sacrilego & impio ausu præsumūt, cum masculis perpetrantes turpitudinem. Scimus etenim, sacris scripturis edocti, quā iustum Deus supplicium his qui olim in Sodomis habitabant, propter hunc ipsum in commissione furorem intulerit, vt in hunc vsq; diem ea terra igni conflagret inextinguibili, Deo per hoc nos erudiēte, vt legibus cōtrariam hanc actionem auersemur. Rursum scimus qualia de huiusmodi diuus dicat Apostolus, qualiaq; reipublicæ nostræ leges pmulgent. Vndē omnes, qui timori Dei intenti sunt,

Mm 4

conuenit,

Semper Dei bonitate indigemus.

Deus longa patiētia nostram expectat pœnitentiam.

Genes. 19.

Eriam Iustitiani tēpore terram Sodomū adhuc igne flagrasse.

L. cū vir nubir. C. Ad leg. Iul. de adult.

conuenit, vt à tam impia & scelestâ actione ab-
 stineant, quàm ne in brutis quidem animantibus,
 admissam reperire est, Et qui quidem tale sibi
 conscij sunt, hi & in posterum eo pacto conseruent.
 Qui verò hoc morbi re contabuerunt: illi non solum de
 carcere desinant, sed etiâ ritè agant poenitentiam
 & coram Deo procidant, et morbum beati-
 mo Patriarchæ renunciet, rationemq; curam
 nis percipiant, & (prout scriptû est) fructus
 ducant poenitentie, vt benignus Deus pro
 lentia miserationû suarum dignetur nos
 que benignitate: & omnes illi agamus gratias
 de poenitentium salutè, quos modò iniuriâ
 vt etiâ Magistratus persequerentur, concu-
 tes sibi Deum, qui meritò nobis irascitur.
 quidem scientes prudentesq; ad sancto-
 rum reuerentiam benignû Deum obsecramus
 vt ita hi qui impia huius actionis ceno-
 quinati sunt poenitentiam capessant, ne ali-
 bis persequedi eius flagitij prabeatur occasio.
 Prædicimus autem omnibus deinceps, quibus
 iusmodi alicuius sibi peccati conscij sunt, ut
 peccare desierint, & seipsos renunciantes
 tissimo Patriarchæ, salutis suæ curam gesserint,
 pro tam impiis actionibus Deum intra festum
 festum placantes, quòd acerbiora sibi acci-
 sent supplicia, nimirum qui nulla de carceri
 venia digni habebuntur. Neq; enim de eius
 inquisitione ac correctione quicquam relaxa-
 bitur, negligentiusue tractabitur contra eos
 qui

Cōfessio pec-
 carorum.

In diebus fe-
 stis potissimū
 placari Deū.

si intra sanctum festum se non detulerint, aut
tam impia actione perfliterint: ne si remisso
circa id animo simus, Deum contra nos irrite-
mus, quod cæcutientibus oculis transmiseri-
mus actionem tam impiam ac prohibitam, &
que maximè idonea sit, ut bonū illum Deum
in omnium perniciem ad iram prouocet.

*Ad hæc authenticas constitutiones, siue edicta à
Iustiniano contra sodomiticum vitium præpostere
reueris, quadrabit lex, quam Constantius & Con-
stantius Imperatores multo ante tulerunt, hoc scilicet
verborum minaci contextu.*

Cum vir nubit in fæminam viris porrectu-
ram: quid cupiatur, vbi sextus perdidit locum?
Vbi scelus est id, quod non proficit scire? Vbi
venus mutatur in alteram formam? Vbi amor
queritur, nec videtur? Iubemus insurgere le-
ges, armari iura gladio vltore, ut exquisitis pœ-
nis subdantur infames, qui sunt, vel futuri sunt
rei. l. cum vir nubit. C. ad leg. Iul. de adult.
& stupr.

Lex minax
in pedicato-
res.

IDEM IUSTINIAN. IN CONST. 71.
apud Iulian.

Si quis per capillum Dei, vel per caput iura-
uerit, vel alio modo blasphemia contra De-
um vitus fuerit, officio Præfecti vrbs vltimo
supplicio subijciatur. Si quis autem sciens ra-
torem hominem non manifestauerit: non est du-
bium, quin diuina condemnatione similiter
coercebitur ipse quoque Præfectus vrbs, si ne-
lexerit, post Dei iudicium, etiam nostram
indignationem timeat.

Blasphemos
vltimo suppli-
cio punien-
dos.

Mm 5 IDEM

IDEM IN AVTH. DE MONACH.

Ascetr. §. certè si quis. coll. 10.

De ijs, qui
sacris ordi-
bus consecra-
ei, ac prælato-
rum potestati
obnoxij sunt,
si quando pec-
cent, quomo-
dò sint rele-
uandi, vel pu-
niendi, vel
prorsus elimi-
nandi.

Emendatio
pro modo pec-
cati.

Luc. 15.

SI quis delinquat. (vt multa sunt humana
que quisquam ita continere potest nam
in officio, quin aliquando peccet, hoc enim
lius est Dei) hunc quidem, si medio cre-
ditur sit, & admoneto, & seorsim includito,
postque illa ad signato pœnitentiæ, vt mo-
ratione percepta, ad seipsum redeat, neque
pensos iam & exhaustos labores amittat.
verò maior lapsus fuerit: pro modo peccati
hibetor etiam emendationis diligentia, &
vehementiorem admonitionem & fortius
pœnitentiam expetito. Et si quidem in
dis seruare eum valuerit, qui labi cœlesti
magno Deo gratias agat, qui & Angelis
cœlo potestatibus gaudium oboritur.
quis peccatorum seruetur. At si delictum
cuius sit, quâ quod medela reparari possit
prorsus monasterio ipsum expellito, vt
ipsum à melioribus ad deteriora committat
ipse solus improbitatis suæ fructum capiat,
que vitiorum suorum aliquid ceteris
gione adfricat quemadmodum peste laeta
tia & incurabiliter ægrotantia solent

AD EA QUÆ PRO
XIMIS CONSTITUTIONI-

bus dicta sunt, adnotatio.

Quandoquidem teste sacra scriptura sensus
agitatio humai cordis in malum prona

eb adolescentia sua, homineque nimia licentia sibi
 remitterent alijs inferendo, quod ipsi ab alijs non so-
 lum non ferrent, sed maxime puniendum existima-
 runt. Qua dissolutione effectum est, quod inter eos.
 nulla societas vel coire vel stabili ri potuerit:
 sed cum unusquisque sibi proponeret vitam pro li-
 bertate instituire, ut mutuis sese afficerent in iuris,
 quod nec hospes ab hospite tutus esset, nemine existen-
 te qui malorum audaciam iustitiæ vindicta repri-
 meret. Nam sine certa lege, sine certo iure agere po-
 pulus initio constituit, ut iuris e. testatur in l. 1. ff.
 de legibus. Aequanimiores itaq; & mansuetiores ne-
 cessitas compulit, ut ex suo medio seligerent, quibus
 ceteris imperandi tribuerent potestatem, ut homi-
 nam lites & iurgia, quibus possent rationibus, diri-
 merent. Sic in veteri testamento huius imperij facul-
 tas progressu temporis aliquando penes sacerdotes, ali-
 quando penes iudices, postremo apud Reges fuit: do-
 nec tandem Deus Orbis imperium apud Romanos
 instituit, ut unus totius mundi esset dominus & im-
 perator. l. deprecatio. ff. ad leg. Rhod. de iact. l. bene-
 a Zenone. C. de quadrien. præscr. quique imperij ha-
 benas regeret et in manifesta delicta animaduerteter.
 Hinc tot leges atq; constitutiones orta sunt, quarum
 singula singulis penè criminibus, tanquam repagula
 quadam objicerentur, iuxta illud: abundante peccato,
 abundavit & iustitia adeo ut malis ex moribus bonæ
 leges orta sint. Sic Princeps Romanus malorum cona-
 ribus non solum scriptis legibus, verumetiam neces-
 sitate requirente armis obstare coactus est, indeque
 Maie-

Apud quas
 in veteri testa-
 mento sum-
 ma potestas
 fuerit.

Imperatorem
 Romanum
 Deus institu-
 it.

Leges bonæ
 ex malis mo-
 rib. ortæ.

Imperatoria
maiestatis q̄
armatura &
ornamentū.

maiestatem imperatoriam & armis deturam
legibus armatam esse oportuit, ut tam belli quā
pacis tempus recte posset gubernari, quod ipse testatur
facit Iustinianus in principio proemij suarum
lium institutionum. Quoniam istorum duorum, ut
ait, alterum alterius auxilio semper eguit, ut

Quod Prin-
cipi placuit
Romano id
legis habuit
vigorem.

militaris res legibus in tuto collocetur, quā ipse
armorum praesidio seruarietur. C. de Iustim. tit. 3.
fir. in prin. Sic factum est, ut quod in admi-
da iustitia Principi placuisset, id legis haberet
rem. §. sed & quod Principi. Iust. de iur. nat. g.
& cin. De cuius imperio lata est lex. Regu-
cantum est, ut populus ei, & in eum omne iura
perium & potestatem conferret d. §. & l. 2. de
uissimè. ff. de orig. iur. Indè dictus est Princeps
gor iustitia, & lex animata, iuxta Auth. de
sulib. & glo. sup. ver. vigorem. in l. prohibita.

Princeps iu-
sticiam ex æ-
quo admini-
strare debet.

de iur. fisc. lib. 10. Qui ex æquo tribueret
iustitiam, cuius amator imprimis esse debet. l. 1.
quoq̄. Auth. de non elig. sec. nub. & c. coll. l. 1.
etiam quod sibi ipsi nihil tale permittere
quod in alio puniendum existimaret. Licet enim

Princeps pro-
priè legibus
viuere debet.

imperij solennibus Imperatorem solueri in l. prin-
ff. de legi. nihil tamen tam proprium imperij
legibus viuere. l. ex imperfecto. C. de testam.
conuenit id quod dicitur in c. nos si incompetenti.

Theodosij lex
vt princeps se
legibus alli-
gatum agnos-
cat.

q. 7. Itaque Theodosius optimo Principe degre-
lam legem tulit, eius verba sic se habent. Degre-
est maiestate regnantis, legibus alligatum se Prin-
pem profiteri: adeo de auctoritate iuris imperij
pendet auctoritas: & reuera maius imperio est
m.

detortam...
 belli quic...
 id ipse...
 suarum...
 duorum...
 eguit...
 qua ipse...
 Iustin. col...
 in adm...
 s habere...
 e iur. na...
 lex Regu...
 nime...
 & l. 2...
 f Prince...
 Anon...
 prohibita...
 ueret...
 ebet...
 e. coll. 1...
 nudi...
 Licet...
 in...
 per...
 e testi...
 impet...
 he dig...
 Dign...
 nam se...
 an...
 per...

tere legibus principatum. Et oraculo presentis
 illi, quod nobis licere non patimur, alijs indica-
 ut. l. digna vox est. C. de legib. & const. princ. Et
 licet legibus soluti sumus, attamen legibus vi-
 reus, repetit Iustinianus ex rescriptis Seueri &
 Antonini. §. si. Inst. quib. mod. test. infirm. Decet
 enim principalem maiestatem eas seruare leges, qui-
 bus ipse solutus esse videtur. l. ex imperfecto. ff. de
 leg. 3. Porro communis reipublice cura Principem
 occupare debet ad cogitandum pro reipublica, & sub-
 ditiorum utilitate. Auth. de her. & Fal. in prin.
 Etque (vt Imp. Fridericus primus vult) imperia-
 re debet solertia ita reipublice cura gerere & sub-
 ditiorum commoda inuestigare, vt regni utilitas incor-
 rupta permaneat, singulorumq; status iugiter seruetur
 l. si. lib. 2. feudor. De prohib. feud. alienat. in prin.
 Et princeps non potest recte cogitare de salute reip.
 & incolumitate subditorum, nisi malorum hominum
 quietos audaciam reprimat & coerceat, id est,
 peccata puniat. Decursio namque & varietas
 humana natura. Imperator ait, paulatim egens cura-
 tione, non aliter ad bene habendum se reuocatur, licet
 prima eius gubernentur principia: nisi etiam quod
 singulariter ei resistit, corrigatur. Auth. de resti-
 tu. & c. coll. 4. Quamobrem, vt innocenti vita
 aggressorum iniurijs maneat tuta, & reipublica sta-
 tus conseruetur in tranquillo, necesse est vt vitia cor-
 rigantur. l. vn. C. vt aff. ab hered. & contra her.
 Princip. religiosum quippe & sanctum est punire male-
 ficia. glo. in proem. Inst. in prin. Quemadmodum enim
 omnes beneficio lucis, quam a sole habent clarif-
 simam

Principis cu-
 ra circa rem-
 publicam.

Princeps de-
 bet coercere
 malos.

Vita corrigi
 necesse est.

simam, cauent ne impingant, aut inquinentur
 quidam etiam suo vitio, aut aliena culpa con-
 nati, sordes aqua abluere coguntur: ita in rebus
 cum maior sit hominum malicia, quam vi
 lis equitatis amore ab iniuria dierum abstinent
 tranquillitatem civilem non inturbent, nec
 illorum improbitatem tolerabili remedio curam
 emedio tollere, vt improbi sprete mala condicio-
 meliorem migrent sententiam l. imperiali. C. de
 Quos autem diuinus timor a malo non terretur
 porali pena cohibendi sunt, vt Papa admonet
 clericorum. ex. deuota & honest. cler. vt
 edisse malum formidine pena, si noluerint
 amore. Reipublica siquidem interest de
 ri, ne maleficia maneant impunita. l. ita. v. m.
 tus. i. in fi. ff. ad leg. Aquil. hoc etiam publici
 disciplina fauor dicitur & suadet, vt ibi Bald.
 quocq; prouinciam malis hominibus purgari
 in quiete permaneant. l. congruit. ff. de off. p.
 l. 2. C. quan. lic. vnic. sin. ind. vnd. Quod
 vitium sine emendatione relinquatur, aliq
 dum atque inelegans euenire necesse est. l. in
 C. de vtur. rei iud. nam dissimulatione culpabilis
 fanda licentia corroboratur. l. si. in fi. C. de
 & inut. nupt. Quandoquidem vero, vt
 nus ait, tribus modis delinquitur, proposito
 & casu. l. perspicendus. §. delinquitur. ff. de
 quis nescit id peccatum, quod ex proposito comit
 tur, grauius puniri, quam quod vel ebrietate
 tu, vel casu fortuito accidit: nam haud leuiter
 etum, sed crimen tunc contrahi dicitur, si

Qui Deum
 non timent,
 pena cohi-
 bendi sunt.

Reip. inter-
 est, delicta
 puniri.

Tribus modis
 delinquit.

peccandi intercedit. C. ad leg. Corn. de sic. Hinc
 tollit voluntatem, & omnis actus indifferens
 arg. l. i. scelerissima. C. de adulter. Quanto igitur
 maius est delictum, tanto grauior etiam debet esse
 pena, praesertim illius, quod vel in diuinum numen
 committitur, vel Deum ad iram magis commouet.
 Qua de causa Iustinianus non modo temporalem, sed
 aeternam quoque poenam (in his potissimum, quas sub-
 iuncta constitutionibus) illis minatur, qui vel seip-
 sos offendendo illo contra naturam peccato polluerent,
 vel in Deum essent blasphemae: ait enim diabolica
 flagratione eos comprehendit, qui enormi luxuria sese
 deliderint, qua Deum ita ad iram prouocent, ut non
 nunquam integras ciuitates una cum habitatoribus
 perire sinat: ideoque horrendum illud supplicium Sa-
 lome meritis, us qui hoc vitio tenentur, proponit.
 Perinde etiam homines a blasphemis dehortatur. Si
 enim, inquit, contra homines facta blasphemiae im-
 punia non relinquuntur: multo magis qui ipsum
 Deum blasphemant, digni sunt supplicia sustinere:
 non longe grauius sit aeternam quam temporalem of-
 fendere maiestatem, iuxta auth. Gazaros. C. de haeret.
 & Man. Vtrumque ergo tale est, quod ex proposito &
 praesumpta voluntate fit, quibus si quis sit contami-
 natus, & in tempore non respiscat, & admissi veniam
 a Deo non impetret, non dubium est quin aeterno ac
 temporali supplicio sit afficiendus. Illud enim quod
 tam sepe contra naturam & usum perpetratur, Deus na-
 turae conditor & custos tam aperte sibi abominabile
 proclamat, ut ipsius flagitiosam impuritatem indig-
 nitatemque ad caelum neque clamare, & inde sui vin-
 dictam

Delictis enor-
 mibus aliqua
 modo integras
 ciuitates pu-
 niri a Deo.

Luxuria con-
 tra naturam
 calitus vin-
 dicta poscit,
 Gen. 19.

dictam exposcere dicat. Quod si Deo ipso iam est
 bile; quid in exosum esse debeat humanis legibus
 ut huius enormitatem aperte declararent, per
 etiam enormes illud puniendum esse sanxerunt
 vir nubit in feminam. C. ad leg. Iul. de adul. et
 item lex Iulia. & ibi Angel. l. 1. de pub. mul. q.
 velutimum & detestabilem furorem etiam in
 execratus est D. Paulus: multis in locis
 Lucianus. Notat quoq; Livi in L. Papyri
 toris libidine, qui C. Publico debitori suo
 inferre voluerat: & Fabius in milite Mar
 pissimum & nefandissimum facinus satis
 amarulenter exagitat. Si itaque hoc crimen
 pessimum inter Ethnicos quoq; fuit detestabile
 to magis inter nos Christianos debet esse execra
 & indignum quod nominetur, vel in cogitatione
 setur. Quapropter tales filij appellantur diffiden
 quasi de ipsorum salute penè diffidendum sit. C.
 ci. au. de excess. praelat. & ibi glo. f. a. c. Deo
 nipotens 2. q. 1. c. flagitia. 32. q. 7. de perm. ab
 & ius civile in Authentico, Ne lux. Cont. ne
 ca fin. l. 1. §. remouet. ff. de postul. Vbi etiam
 les, qui nec Christi fidem, nec sacra scripturae
 nitionem habuere, huiusmodi facinus vltimo
 plicio affici voluerunt. Quin & sacra Biblia
 nium pessimum vocant crimen: accusant eos
 Ioseph. crimine pessimo, & peccatum eorum
 uatum est nimis. Sic autem Deus hoc execra
 ob id (teste Pontifice) in filios diffidentia
 mittat famem, pestem, bella, terramotus, inuasi
 nes, atq; alias id genus plagas generales, vt est in
 6. 1. 1.

Papyrii ne
 fonda libido
 debitorem
 suum.

Vitij Sodo
 mitici poena
 vltimum sup
 plium.
 Gen. 37.
 & 18.

clericorum. ex. de vita & honest. cleric. c. adulterij
 32. q. 7. c. flagitia. c. Loth. cum d. c. clerici.
 excess. prel. tex. in d. Auth. Vt non Lux. & in c.
 puero. de penit. dist. 1. & 2. §. infl. de pub. iudic.
 d. l. cum vir. et l. foedissimam (ad leg. Iul. de adult.
 Non magis ferendum peccatum est Blasphemia, cri-
 men scilicet laesae maiestatis divinae, cuius offensio,
 diximus, quam temporalis longè grauius est.
 Auth. Gazaros. Nam quicquid in Deum, vel
 religionem committitur, id in omnium fertur in-
 arum, & publicum crimen fit. l. Manichaeos. C.
 beret. & Manichaeis c. cum secundum leges. eod.
 in 6. Praeterea & hoc cum civilibus tum Eccle-
 sticis admissis obseruatur, vt quanto dignior est
 persona, tanto grauius est peccantis delictum, vt
 in c. 1. de calumniatoribus tex. glo. & Abb.
 e. cum illorum. extra de sent. excom. tex. in §.
 atrox. Inst. de iniur. peius. n. delinquit ac puni-
 tur, si quis in Dominum, parentemue aliquid au-
 tus est, quam qui in extraneum: in Magistratum,
 quam in priuatum. Ita tex. in l. aut facta. §. per-
 sona. ff. de pen. Cum ergo enormius est in Deum,
 respectu communem patrem, & omnibus magistra-
 tus superiorem, quam in quemcunque hominem,
 delictum. d. c. vergentis. sequitur idipsum om-
 nino grauius plectendum esse: quoniam par de-
 esse pena delicto. l. respiciendum. ff. de pen. &
 felicit. ex. eod. in 6. Caterum blasphemiam esse ca-
 muer dicant, quando Deo aliquid attribuitur, vel de-
 dicitur, quod ei non conuenit: vel ipsi adimitur,
 quod eius proprium est, vel aliqua verba in eius san-
 ctos,

Blasphemia
 crimen laesae
 maiestatis di-
 uinae.

Blasphemia
 quando com-
 mittitur.

N n

Pœna blas-
phemiæ de ci-
uili iure.

Etos, maximè beatam virginem Deiparè
contumeliosè profertur. Quæ descriptio probatur
c. si quis per capillum, 22. q. 1. & inc. statuta
& ibi dd. extra de maled. Fit insuper Blasphemia
quoties quis de liberato animo, de DEO
nostrum creatore ac redemptore maledicta
quippiam indignum effutiuerit. Blasphemia dicitur
et hæretici, qui Euangelium corrumpunt. Deum
nem contaminant, eiusq; Ecclesiam perturbant
gnant. De iure quidem civili Blasphemia in
pœna mortis subijcitur. text. est expressus in l. de
Ut non luxur. coll. 2. & meritò quidem: si quis ma-
bemus dissimulare opprobriū, qui probra
uit. c. in nonnullis. ex. de Iud. Sarac. & cor. sed
autē Constitutionis authentica textus. postquam
perator quorundam criminū enormitatem
id subiungit. Præcipimus enim gloriosissimam
fecto regia ciuitatis, permanentes in præditi-
citis & impijs actibus comprahendere & uincere
dere supplicijs. Quæ postrema uerba rectè refer-
tur de morte ipsa, ut ibi glo. in ver. supplicij
Celsus, vltimum supplicium mortem solam
tamur, ait in l. vltimum. ff. de pen. Neq; uerū
potest. illa authentici uerba immatiam solum referri
peccatum contra naturam, non etiam ad Blasphemiam,
am, quia Imperator eodem in titulo aq̄e de libe-
manibus atq; præposteram luxuriam exercere
quitur. itaq; supplicij adiectio in fine ad uerbum
men pariter referendum est: clausula enim in
sita ad singula refertur præcedentia, iuxta Boetij
fi. ff. de reb. dub. & l. Prætor ait. 2. ff. de uoluntate

si post constitutionem aliquid adijciatur, omnia si-
 dicta habent locum in illo postremum adiecto l. et
 peper cerit. §. filius. ff. de lib. et posth. et l. si seru-
 tarius. §. fin. ff. de leg. 1. neq. nouum est, ut lex
 DEO specialiter quibusdam enumeratis, generale subijciat
 verbum, quo specialia complectatur: per tex. in l. si
 lenus. §. inquit lex. Vers. cum eo. ff. ad leg. Aquil.
 Tum etiam hanc sententiā corroborant ea verba qua
 in a medium Authentici habentur scilicet: Si contra
 homines facta blasphemis impunita non relinquin-
 tar. multo magis qui ipsum Deū blasphemant digni
 sunt supplicia sustinere. Et eandem: ne ex contemptu
 talium inueniatur et ciuitas et respublica per hos
 impios actus laedi. Et pro illo argumento ab homine ad
 Deum facit tex. in simili, in c. viduas. Vers. si enim.
 27. q. 1. In hoc simul crimen atque penam incur-
 ritur haeretici, qui Christi vel sanctorum imagines
 contumelia afficiunt, conscindunt vel in terram pro-
 sternunt, iux. tex. a contrario sensu in l. non contrabit.
 ff. ad leg. Jul. maiest. Vbi dicit Iurisconsultus: nec
 qui lapide iactato incerto statuam fortuito attigerit,
 crimen maiestatis commisit: ergo si serio fecisset et ex
 presumpta voluntate, utiq. maiestatis crimen iam
 perpetratum fuisset. Si hoc de hominum mortalium
 statuis adeo seuerè cautum est, quanto grauius puni-
 endi fuerint qui aeterni Principis, et immortalium cū
 Christo regnantium sanctorum statuase et imagines te-
 merè offenderint, raptauerint, destruxerint. Quarè
 us canonicum etiam eos qui nō serio in talem errore
 compegerint, impunitos esse non vult c si canonici. §.
 sacerum. ex. de off. ordin. in 6. Imperator verò idem

Blasphemia
 species est de-
 structio ima-
 ginum Dei &
 sanctorum.

Imaginum
 Christi & san-
 ctorum demo-
 litio est crimē
 laesae maiesta-
 tis diuinæ,

Nn 2 impie-

impietatis flagitium stricta pena, verbisque alijs
 mis prohibet. in l. vii. iuncta glo. in ver. *grauis*
 & in rubr. c. *Nemini licere sign. seruat. Christi*

De materia
 blasphemiae
 prolixius tra-
 ctat beatus
 Thom. in sec.
 sec. q. 13. ar-
 tic. 1. 2. & 3.
 Et Ludouic.
 Montaltus Si-
 racusi^o, super
 reprobatione
 sententiae Pi-
 lati.
 Leuit. cap. 24

ibi Salic. in religio sos id fieri permittere. Ex hoc
 constat blasphemiam non modo in dictis, verum
 in factis consistere, quae non minus quam verba
 quuntur. l. Paulus. ff. rem rat. haberi. Vnde
 stremo & blasphemiae crimen capit aliter promulga-
 ex ijs testimonijs quae produximus, satis inuenerunt
 tror, quibus suffragatur, id quod scriptura dicit
 dormierit cum masculino coitu femineo, *verum*
 tus est nephas, morte moriantur. *su sanguis*
 per eos: & D. Paulus, masculorum concubitus
 gnium Dei non possessuros, dicit. De blasphemio
 Moyses haec grauiter quia minatur. Homo
 dixerit Deo suo, inquit, portabit peccatum suum
 qui blasphemauerit nomen Domini, morte morietur.
 Lapidibus obruet eum omnis multitudo populi
 ille ciuis. siue peregrinus, qui blasphemauerit
 Domini, morte morietur. Horum itaq; flagitiorum
 mitate, et calamitates, quae inde in pena poenitentia
 querentur. praeter ceteros Imperatores Iustinianus
 ligenter considerans, eas quae praemissa constituit
 promulgauit, quibus id criminis, quod tum Constans
 tinopoli admodum irrepsisse scribitur, non magis
 rationibus declinaret, sed etiam peruersos homines
 ab insana illa libidine mortis supplicio deterret.
 Nec sanctio illa sua caruit executione, scribitur enim
 cephorus Iustinianum in eos, quos de Sodomitico
 haeresi insanire compererat, acerbè, seu potius seuerè
 maaduertisse: neq; minus seueritatis in eos quae
 p. 17. cap. 32.

Niceph. lib.
 17. cap. 32.
 Iustinianum
 in Sodomiti-
 cos & blasphe-
 mos seuerè
 animadu-
 tisse.

... qui in Deum fuerunt blasphemii, quando qui-
... hoc scelere etiam haeresi magna intercedat af-
... conuictio, cuius deplorati & exitialis cri-
... ipse praecipuus persecutor & extripator fuit.

DE REBUS SACRIS

NON TEMERE ALIENAN.

dis aut contrectandis, & crimi-
ne sacrilegij.

JUSTINIAN. IMP. IN L. SANCIMVS. 1. C.
de sacros. Ecclesijs. &c.

Sancimus nemini licere sacratissima, atque
arcano vasa, vel vestes, ceteraque donaria, quae
ad diuinam religionem necessaria sunt (cum
etiam veteres ea quae iuris diuini sunt, huma-
nis nexibus non illigari sanxerint) vel ad
venditionem, vel hypothecam, vel pignus
trahere, excepta causa captiuitatis & famis,
in locis his, in quibus hoc (quod abominamur)
contigerit. Nam si necessitas fuerit in redem-
ptione captiuorum, tunc & venditionem pre-
tatarum rerum, diuinarum, & hypothecam
& pignorationes fieri concedimus. Quoniam
non absurdum est animas hominum quibus-
cunque vasis, vel vestimentis praeferi.

Res sacras
nec vendi nec
obligari posse
nisi pro redem-
ptione capti-
uorum Chri-
stianorum.

IDEM IMP. IN L. 16. C. DE
Episcop. & cleric. &c.

Principis scopus & intentio esse debet ad
amplificationem & augmentum adducere
ad pios vsus segregatas: sic enim quis-
quis

Res sacras non
deminuere
sed augere de-
bet Princeps.

Nn 3